



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 2. Quatuor Calvinistarum postulata in hoc colloquio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

decim spurix reformationis Ministri u-
 nacum viginti duobus suarum Ecclesia-
 rum Deputatis, atque ex illis Theodo-
 rus Beza primus Calvinii Discipulus,
 atque Coadjutor veluti ceterorum ca-
 put verba facere jubebatur: porro reli-
 qui erant: I. Augustinus Marloratus ex
 Ordine Augustinianorum Apostata, &
 tum Rothomagensis Minister, II. Joan-
 nes Malo quondam Parisiis Presbyter
 S. Andreæ ad arcum, dein vero fidei
 desertor: III. Joannes Spina antea Or-
 dinis S. Dominici Alumnus, postea e-
 tiam a vera Religione deficiens. IV.
 Petrus Martyr inter suos magni nomi-
 nis Theologus, a Tigurinis deputatus,
 V. Joannes Viretus, VI. Franciscus Mo-
 relus, VII. Raymundus Merlinus, VIII.
 Nicolaus Tobias, IX. Claudius Boffe-
 rius, X. Joannes Boquinus, XI. Joannes
 Turrius, XII. Nicolaus Gallafius.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1561.

§. II.

*Quatuor Calvinistarum postulata in
 hoc colloquio.*

In hujus colloquii principio Lotharin-
 gius Cardinalis Theodoro Bezæ spe-
 cialem exhibebat amicitiam, ut illum
 ad privatam disputationem secum in-
 eundam induceret, qua forte dissidia de-
 cidi possent: verum Beza hanc conditio-
 nem acceptare haud audebat: quinimo

Thuan. l. c.
 Claud.
 Sanct. in
 apol contra
 Bezam.

Sæcul. XVI. A.C. 1561. Marloratus Regi libellum supplicem porrexit, quo quatuor hæc capita postulavit: I. Episcopi, ceterique Præsules huic colloquio tanquam partes, non tanquam iudices assistant. II. Rex colloquio, seu collationi cum sanctioris consilii Senatoribus præsit. III. Controversiæ omnes ex solo Dei verbo decendantur: IV. quicquid conventum, ac decretum fuerit, id per Notarios, & Amanuenses, de quibus partes prius convenissent, scriptis mandetur, iisque proinde integra fides habeatur. Libello hoc ad Senatum regium remisso Protestantium Ministri, cum nullum responsum daretur, tandem apud Reginam intercedebant, quæ etiam responsum fere eorum postulatis consentaneum dedit, id unice præcipiens, ut is, qui hac in occasione Notarii munus obiret, unus ex illis eligeretur, qui secretioris Consilii Minister foret, ita tamen, ut iis liberum relinqueretur, per virum ab ipsis electum ea, si quæ in colloquio agerentur, seu de quodam articulo conveniret, seu ille controversus remaneret, in commentario singulis diebus referre: Insuper Regina hosce Ministros Protestantes a Sancti Germani oppido Poissiacum usque præsidio munitos conducere iussit, ut a populi in eos exacerbati furore immunes essent.

§. III.